

republica, sè aver sempre ossequiosamente riverito la santa Chiesa romana; ed essere disposta a riverirla devotamente anche per

« preiudicium Romane Ecclesie et contra
 « mandata et monitiones prefatas detine-
 « bant, requisivimus ut castrum, turrim,
 « pontem et burgum predicta nobis restituere
 « re procurarent. Qui nos, sub specie pacis
 « et concordie, proditorie detinentes spiritu
 « debellionis assumpto in animarum eorum
 « preiudicium, sancte Matris Ecclesie scan-
 « dalum, ignem in civitate Ferrarie in di-
 « versis partibus*horribiliter posuerunt,
 « Ecclesias, domos, et navigium inextima-
 « bile prefate civitatis Ferrarie comburen-
 « do, homines, mulieres et parvulos mise-
 « rabiler occidendo, ac mala malis accu-
 « mulantes, nos et civitatem Ferrarie con-
 « tinue machinis, armis et insultibus non
 « desinunt impugnare eis nihilominus per
 « venerabiles patres dominum archiepisco-
 « pum Ravennatem, Ferrariensem, Coma-
 « censem et Cerviensem episcopos, nec
 « non religiosos de ordine predicatorum et
 « minorum et nos supra pace et concordia
 « sepius requisitis, et pacem et concordiam
 « huiusmodi renuentibus ad eorum mili-
 « tiam superandam. Ego abbas predictus
 « de voluntate et consensu mei Honuphrii
 « prelibati Venetias ad Ducem accessi, in
 « cuius fui Consilii presentia constitutus
 « ex superabundanti ipsos dominum Du-
 « cem, Consilium et comune Venetiarum
 « auctoritate apostolica ac etiam instanter
 « et solemniter requisivi, ut castrum Te-
 « daldum cum ponte et turri restituerent
 « nomine Romane Ecclesie nobis ac de da-
 « mnis illatis nobis in civitate Ferrarie sa-
 « tisfacere, nec non exercitum et gentes,
 « quas in dicto castro et circa civitatem
 « Ferrarie in obsidione detinebant, penitus
 « revocarent. Qui parturientes dolorem
 « hactenus preconceptum id facere minime
 « curaverunt, quinimo in contemptum apo-

« stolice sedis notorie contra me abbatem
 « et familiares meos homines de Venetiis
 « in civitate Venetiarum eadem clamave-
 « runt, moriatur legatus, lapides contra me
 « et familiares meos projiciendo, ac post-
 « modum die noctaque civitatem Ferrarie,
 « archiepiscopum, episcopos et alios pre-
 « latos ibidem in servitium Romane Ec-
 « clesie ad requisitionem nostram existen-
 « tes, et nos armis, machinis, igne in di-
 « versis partibus impugnarunt, civitatem
 « et comitatum incendio supponentes, ho-
 « mines et mulieres immaniter occidendo
 « et etiam disrobando, et specialiter his
 « diebus dominum episcopum Cerviensem
 « ad nos venientem temerarie depreparunt
 « et ejus familiam carceribus detruserunt,
 « dominium civitatis prefate et ipsam civi-
 « tatem et comitatum in preiudicium Ro-
 « mane Ecclesie, prout in litteris per di-
 « ctos ambasciatores destinatis continetur,
 « usurpare penitus molientes. Volumus
 « igitur omnem inobedientiam cum Apo-
 « stolo ulcisci, et quod tam enormia faci-
 « nora non remaneant impunita, et quod
 « pena ipsorum aliis contra Romanam Ec-
 « clesiam cervicem rebellionis volentibus
 « erigere, transeat in exemplum; ipsos Du-
 « cem et consiliarios ac majorenses et pre-
 « dictos capitaneos de Venetiis, et omnes
 « et singulos, qui in premissis post nostras
 « monitiones dederunt et dant vel dabunt
 « seu prestabunt consilium, auxilium vel
 « favorem per se vel alios publice vel oc-
 « culte, ac omnes adiutores, fautores, se-
 « quaces et defensores eorum nec non et
 « potestatem Clugie legitima et preempto-
 « ria monitione premissa excommunicatio-
 « nis sententiam proferimus in his scriptis,
 « ac civitatem Castellanam et Venetos et
 « ejus diocesim ecclesiastico supponimus